

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Q. Horatii Flacci Epistolae Omnes, Qvae Extant**

**Horatius Flaccus, Quintus**

**Basilae, 1615**

**Epistola V. Ad Torquatum**

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1477](#)

modus inculte pacantur vomere *sylva*. Scio equidē hos versus duos, *An tacitum, &c. & curantē quicquid*, ita explicari, ac præcipue verba prioris, *sylva salubres*, a Porphyione, ut ex his libri Philosophici intelligentur: quā tamen explicationem quidam scribunt restringendam esse ad solam *sylva* vocē, quasi verē altera, *salubres* abhorret a facultate Philosophiae: quā ab omnibus prædicatur medicina & cultura animorū, alii contra per *reptare inter sylvas salubres*, volunt locos graves & obscuros Philosophiae intelligendos, in quibus enodandis & 10 ad usum revocandi oportebat Tibullum esse totum. Quod si hēc posterior explanatio vera est, referri debet ad continuationem verborum translatorum i. ad allegoriam exillis factā: quam ne omnino approbē, sed sententiā propriè intelligendā censem præter *reptare*, 15 utante dictū est, impediunt hēc, *scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbes* Epist. 2. l. 2. Item Virg. nobis placeant ante omnia *sylva*, ubi libertor est mentis agitatio, & ab interventoribus maxime vacua.

d Metonymia est subjecti pro animo & mente, cuius 20 sedem Epicurus in pectore locabat, sicut dictū est Od.

s l. i. Qui autem annotant esse synecdochen, videntur definitionem hujus tropi ignorare, quā est positio vel totius pro parte, vel generis pro specie, vel contra. Itaq; quattuor modos habet immutādi, quorum nulli relinqui hīc locus potest, ut appareat ex annotatione Gram. & Rhet. in hunc versum Epist. 1.

*Fervet avaritia miseroq; cupidine peccus.*

e Anaphora est in ejusdem vocis & soni repetitione.

f Metonymia est subjecti, pro non deficiente pecunia & nōmissis

g Altera est Anaphora, licet alterum inter nō occupet statim principium incisi secundi. ex hac particula existimo *tuus et tuus in nō*, id est, per synecdochen membrum, intelligentum totius corporis habitum, ut observatum est Satyrā 5. lib. 2. in *Pelliculam curare jube*, quod est inter præverbia relatum.

h Quædam est hic Allegoria a sordidis bestiis ad imunditatem scholæ Epicureæ notandā: quā se ita in voluptates abjicit & prostrernit, ut immundi sues in voluptabria.

## EPISTOLA V. AD TORQVATVM.

### Theticum.

Torquatus ad vulgarem & tenuem apparatum, frugalemque cœnam vocatur, ut omissâ sollicitudine suis heredibus divitias congerendi, defraudato genito, hilarius, ac iucundius dīscat vivere.

**S**i potes Archaicis convivā recumbere blectis,  
Nec modicā cœnare times olus omne patellā:  
Supremo te Sole domi Torquate manebo.  
Vina bibes iterum d' Taurō diffusa palustres  
Inter Minturnas. Sinuēssanumq; Petrinum;  
2 Sin melius quid habes arcessē, vel imperium fer.  
3 Jam dūdū splendet focus, & tibi munda supplex.  
4 Mitte leves spes & certamina divitiarum,  
Et Moschi caussam; Cras nato Casare festas  
Dat veniam, somnumq; dies: impunē licebit  
Aestivam sermone benigno tēndere noctem.  
6 Quòd mihi fortunas, si non conceditur uti?  
Parcus ob heredis curam nimiumq; severus  
Affidet insano. 7 Potare & spargere flores  
Incipiam, patiarq; vel inconsultus haberi.  
Quod non h̄ ebrietas designat! Operata recludit:

Spes jubet esse ratas: in prælia trudit inermem;  
Sollicitis animis onus eximit: additæ artes.  
Fæcundiæ calices, quem non fecere disertum?  
Contracta quem non in paupertate solutum?  
8 Hocego procurare, & idoneus imperor, & non  
Invitus, ne turpe toral, ne sordida mappa  
Corruget nares: ne non & cantharus & lanx  
Ostendat tibi te, ne fides inter amicos  
Sit, qui dicta foras eliminet: ut coeat par,  
Jungaturq; pari, Brutum tibi, Septimumq;  
Et, nisi cœna prior potiorq; puella Sabinum  
Detinet assūtam, locus est & pluribus umbris:  
Sed nimis arcta premunt olym convivia ca-  
præ.  
Tu quotus esse velis, rescribe, & rebus omissis  
Atria servantē postico falle clientem..

### Analysis Dialectica

**Q**uum Dii tradidit alicubi bona possidenda, & utenda, cum esse summe stultum & miserum, qui non illorum usurā fruatur, nec finem ipsi faciat augeendi libido: huic certe Torquato patrono, quod plures a Diis suppeditabant opes, eo majori studio flagrabat novas paradi, nec præsentibus fruebatur; unde ei reliquā erat, ut miserè insaniret. Ita meo iudicio Poeta voluit hunc sordidum Pleonectem Aristotelicā crypsi, non aperte 45 convincere insaniae. Argumenta autē hujus syllogismi sunt ex adjunctis & factis Torquati, quorum turpitudine Poeta studet illū ad cultum vita mudiorem & elegatiorem a sordibus traducere. Elio autem talem allumtionem ex his:

*Mitte leves spes & certamina divitiarum.*  
& propositionem etiam ex his.

*Quod mihi fortunas, si non conceditur uti?*  
Hic ellipsis est, quorsum desiderē, aut congerē fortunas? 55 Quā sic breviū dispono: Cui adsunt fortunæ, is miser est & insanus, si abstinet illisuti: Torquato adsunt, nec uititur: ergo miserè insanit. Verū crypsin Poetæ nunc

restituius ac sigillatim examinemus. Ab eo prudenter formula frugalis cœnæ initio pponitur ex populari ac cubatione veterū, victu tenui, vino exiguarum virium, summā tamen suppellectib; mūdicia, ne se putaret Torquatus ad lautam & magnificā cœnam vocatū: cujus vitanda specie rusticā & incultam parsimoniam homines sordidi & præparci consecrati solent, & quasi illa Torquati esset nostrō Poetæ ignota, & eum existimaret solitū elegantiū describere, lautiū cœnare, & melius bibere, dicit non sine tacito joco, si potes, quā hominis rusticæ parcitas satis indicaret eū valde abhorrere a mūdicia & elegantia convivatorum recentium.

2 Hæc videntur tollere antecedens enunciati cōnexi: q; facilioris intelligentiæ gratiā sic repeto, si potes, velut verius enuncietur, si soles more veterū in conviviis diligere, tenuiter cœnare, & vinū minimè generosum bibere, veni sub vesperū mecum cœnatū. Nunc p eo, q; rectum videbatur, non soleo tam tenuiter cœnare, Poeta reponit ex majoribus, si domi tuae meliores epulas, & vinū generosiū habes, jube huc afferri, vel eō me voca-

el, vel

ri, vel pateret tibi potionem apud me infundi, & olus apponi de meo. Non dissimili quidem conditione Catulus invitat Fabullum ad cœnam, & ad epulas: *Cœnabis bene, me Fabulle, apud me paucis, si tibi Dī faverent, diebus: Si tecum attuleris bonam atque magnam cœnam.*

3 Quasi huic inde jam condicta esset cœna, denunciantur triclinium luculēto foco & nitidā suppellectili jam instructum: quod attinet ad formam superiorem talibus adjunctis explicatam.

4 Quia studium & exspectatio divitiarum ampliorum semper anxios affert animi motus, jubet illa deponi, ut gravissima voluptatis & benè nutriendi corporis impedimenta.

5 Ad intermissionem curarum ex adjuncto invitatur: Dies crastinus est natalis Augusti Cælaris, quo licebit in meridiem usq; dormire, & reliquā lucis ab omni cura & opere vacuum transmittere. Indulgeamus igitur genio, & demus nos liberalibus & jucundis sermonibus per totam noctem.

6 Propositio hæc constat ex fine quem urget, velut cōtrarium apophthegmati Diogenisi, qui vetabat ne cives sui τὸ χεῖσθαι perabusum efficerent ἀχεῖσθαι μὲν δὲ χεῖσθαι λέγει τὸ χεῖσθαι, ne utilē pecuniam defodiendo, aut aliter includendo, & recondendo, redderent inutilē, cum Grecē nominetur ab usu, quoquidē caret defossa, ac proinde inconclusione tali quod prius erat χεῖσθαι sit tanquam dices ἀχεῖσθαι, propositio inquam augetur adhæc verba, assidet insano similiū collatione, qui parat & asservat opes, sine usu & modo, est ferē timilis insano.

7 Colligit ex antecedente s̄t̄a & t̄m̄os m̄eis p̄ūlos, per quodam consecutarium sibi propositum deponere omnino studiūtalis Pleonexiæ atq; genio indulgere, itaq; ad hilaritatē cœnulæ se Poeta cōparat ex ebrietatis caussis, potu immoderato, & copiā odorum, quibus tamen calefactum cerebrum solet laborare: undē postea existunt hæc septem effecta, quæ Plinio sunt ebrietatis opera, lib. 14. cap. 22. de vitanda ebrietate, quod leges. Illa sunt iudicio intemperantum laudabilia: qualia ipse met Poeta probat, ut hominem præparcum a sorribus vite abducere queat. Egregium verò consilium, ut quis vitato altero intemperantiae extremo in alterum turpiter intidat, & ex eo evadat insanus. Est enim Senecæ Epist. 84. Ebrietas n̄ hil aliud, nisi voluntaria insania: quæ arcana prodit, stulte confidentem ostendit: cornua pauperibus erigit: temerarios reddit: curas mordaces abigit: falsam scientiæ persuasionem temulentis inducit: garrulos & loquaces facit: denique in summa paupertate dissolui os & prodigos efficiit. Insignis est ibidem comparatioebrietaris cum dolore vinimutli; non est animus in sua potestate, ebrietate devinctus: quemadmodum musto dolia psarum puntur,

& omne, quod in imo jacet, in summam partem vis caloris ejicit: sic vino ex̄st̄uando qui quid in imo jacet abditum, effertur & prodit in medium. Quemadmodum operari vino non continent cibum vino redundantē: Itane secretum quidem: quod suum al: enūm̄ q̄ est pariter effundant. Hæc autem vini opere racens entur ab Aristotele in 30. Sectione questione 13. prolem. per septem, ut in hac epistola, gradus potationis autificos. ut Lucretius loquitur & quales eadem conse qui soleant gravissimi morbi, ibidem memoratur: cuius quidem loci attentatio lectio non parum juvenibus magnis potatoribus profutura est: ut inde discant parcè, temperanter ac sobrie vivere, nisi malint per summam stultitiam & miseriam suā intemperantia corpus tradere effectum & moi biudum senectuti. Propter tales ebrietatis effectus dicitur οὐρανὸς Homero Οὐρανός. sub finem, quod epithetum Hesychius interpretatur μωρὸς ποτοῦ, potorem

reddens stultum & insipientem. Ideoque Solon præmonebat, οὐν μὴ ποτὰ λάλει, ἀμαρτίσει γαρ, intervallouens multa peccat. Legesibidem similes his esse. Etus vini, undē videtur Horatius præsentes desumisse, & Plinius caput superioris libri, sicut contracta quem, &c. e Diphilo apud Stobæum de Baccho:

Οταν ταπεινὸν μέρα οφορεῖπ ταῦτα μόνον. utversus hunc antecedentes ex eodem ibidem quod quidem addi potest parecbolis, hæc vitia posse nomine τῆς αἰτιαδαίας ex Athenei lib. 1. & Eustath. ii in Odysseia. comprehedi. prioris interpretatio Latina hæc est, *Quum pri mi homines, quibus minime copiosus suppeditebat cibus, in primum oblatum confertim ac cerratum irruerent, haben tibus ipsum eripiebant, ob idq; cædes siebant, nullo ordine recto, nullus frans licentia injectis: Unde verisimile vide tur τῆς αἰτιαδαίας ὑπόκατα γεγονός: quia homines in conviviis primum omnium cuperunt alii alii dare damnum nec a mutua temperarū noxa. Sequitur interpretatio Eustathii, ac potius definitio per quandam notationis speciem, at asthalia est dementia non damnis tātum celebra ta, sed noxā etiam: quæ in conviviis contrahit ure temu lentia. Quum autem hic dicitur, spes jubet effrata, in prælia trudit inermem, hoc videretur nonnullis quandam præle ferre fortitudinis speciem; sed Aristoteles illos notat tali opinione lib. 3. Ethic. εἰδὲ δὴ διὰ ἐνελαῖδες ὄψες τὸ γένος, διὰ γαρ τὸ πολλάκις, καὶ πολὺς νευκτήριας ὅρθεον εἰ τοῖς καὶ οὐροῖς. i. neq; tam quos bona spes tenet, fortes ex stunt? nam quod sepe eosq; multos vicerunt, fidant sibi in per culis: ad quos ibidem aggregantur ebrii. τοῦτο δὲ ποιῶν καὶ οὐρευούμενοι, εὐελπίδες γαρ τὸ ποτό. i. tale quiddam faciūt etiam temulentis, bona enim spes junii prediti. Sed vinū eos prohibet provisione atq; præcautione periculorum: de quo etiam leges lib. 3. ad Eudemum & 4. Tusc. Cic. de fortitudine. atq; præter hos omnes leges Seirachidem ca. 31. εἰ διώκει τὸ ποτό, ποτὸς γαρ ἀπωλεόντων δύος. Gallicè, ne monstret am vaillance abien boire, carle vir en a fait perir plusierr. Huc libet proferre, q Michael Hosptalius Franc. Can. scripsit epist. l. s. ad Jac. Fabrū. quū deduceret Margaritā Reg. Henrici 2. sororem ad Sabaudum ducē ipsius maritum. Epistolæ initum est, *Treis adeo totos descripsit & amplius orbes Lima. r. ens;* deinde sequitū pag. 4.*

*Vix etiam monstrem cura nos esse Deorum,  
Ac memorem non visa prius miracula quadam:  
Et quæ votivæ videat si plecta tabellæ  
Posteritas hominum miretur? ut adjuga montis  
Venimus, a Tara cœpit qui nomina vice;  
Dum male firma loco vestigia ponit iniquos  
In præcepis cadit, inter equorum tergarat aug.:  
Et memor usque suis serventem sistere currum: ubi de fa milia Manlia & ratione nominis Torquatus, satis eg i Obnoxius frustra pedibus conatur: at illi (mus:  
Per medium pectus, per viscera ferrens orbis  
Volvitur, attonite certatum tollere corpus:  
Accurrunt socii. Jam se se exerat ille  
Impiger, ostentans nudum sine vulnere pectus.  
Creditur ebrietas, multis quæ perdidit olim.  
Hunc servasse virum. Nam multo quum gravis esset:  
Inflatus venasq; mero, robustius actas  
Sustinuitq; rotas, & pressum ponderis omnem.*

Hæc equidem protuli, ut essent documento inventuti magis parcè, continenter, sobriè ac severè, quam luxuriosè vivendi.

8 Munus architriclini distributione quadam e fine quintuplici explicatur, quod, quum mentis sanitatem & integritatem requirat maximè, ante ebrietatem explendum, atque adeo describendum esse videtur: *Libenter, inquit, mihi partes architriclini mandari*

parior, & scitum convivatorem me prebere gestio, ut omnia nesciant in triclinio: lecti discubitoru honestis toralibus insternantur: mappae sunt mundae: Pocula & catini ablutione ita splendeant, ut admotorū corporum imagines intuentibus facile reddant: ut nemo ad cœnam vocetur, qui dicta convivialia foras efferat: ut convivæ paris

ordinis, aut non admodum dissipatis congregentur. Hæc quoq; ut proximè consequentia de numero convivaru pertinet ad formam cœnæ superiorem. Postremo, Ne sit in mora cum paucis umbris, ut sit accubatio laxa, tæterg; odor vitetur, & clam suis clientibus exeat domo per posticum, admonet.

## Ennaratio Grammatica.

**T**orquatum.] Hunc credo esse Manlium Torquatum, ad quem scripta est Ode 7 l. 4. de non speranda homini in hac vita immortalitate, sed de illa jucundæ ac mundæ degenda. Hujus nominis fuit acerrimus potior Novellius Torquatus Mediolanensis, cui indè cognomen fuit Tricongius, quod uno impietu epotasset tres vini coros, spectante Tiberio principe miraculi gratia. Plinus libro & capite in Dialecticis citatis.

**Archaicis lectis.**] Archaicis deflectitur a voce Graeca ἀρχαῖος & hæc ab ἀρχαῖο, quæ utraque sicut idem, quod παλαιό, antiquus, priscus, vetustus, & quia antiquitas, alioqui veneranda, artibus parvum fuit exculta, & primæ institutioni nimis superstiosè addicta, & politiori inimica, factum est ut ἀρχαῖο sumatur pro simplici, rudi & imperito, unde ἀρχαῖος ερεῖ in Aristotele, pro redolere & resipere ruelam ac simplicem antiquitatem: quod tam interpretantur alii per μορφήν, quomodo oquitur Sophocles in Ajace:

Mορφήν μου δοκεῖς οφείνεις, εἰ τὸ μωρῷον ἄγητε καὶ δένεις.

Desperem mihi videris, si putes nunc meos formare mores.

alii vero per sapis & oles rudem & simplicem vetustatem, ut jam dixi. Itaque videntur hæc lecti Archaici declarandi, qui iudi & impolito artificio sunt fabrefacti, facta la viaille & grosse facie & mode: qualiconsumtum fuisse Augustū Suetonius scribit in ipsius vita, cap. 73. *Instrumenti ejus & suppelliūtis parsimonia* 35 *apparet etiam nunc residuis lectis atque mensis: quorum pleraque vix private eleganter sunt.* Sic Plutarch. in Public. vocat ἀπλύν ἀσείαν τὴν ἀρχαῖον τὴν ἐργασία: id est, simplicem statuam, & rudi artificio factam: quem locum Xylander & Cruquius in asserenda lectioni, veritate ex auctoritate codicium manuscriptorum prudenter notarunt, & ante utrumque Lambinus, elib 2 Dion. Halic. ἀχαΐα, παρα. protulerat, τραπέζας ξυλινας ἀρχαῖας. Gall. tabule de bois faites à la grosse mode. vetus tamen Interpres Porphyrio putat diciab Archia rudi artifice, quem Turnebus estimitatus sicut etiam a Seneca, ut refert Agell. lib. 12. cap. 2. memorantur lecti Soterichi, ut jam relieti atque contemti propter imperitiam artificis: quibusquid Seneca comparasset orationem poeseos Enianæ, reprehendit ab Agellio: sed mihi potior videtur prior ratio vocis.

**Cenare olus.**] Sic loquitur Epist. 2. l. 2. De voce, olus, dictum est Sat. 6. l. 1. Dicit autem omne, pro cuiuslibet generis. Querit igitur, num vereatur Torquatus, ne 55 tenuius ac du iū solito apud se coenaturus sit. talem mensæ instructionem prescribit puer suo Ode ultima lib. 1.

**Modicā patella.**] Hoc ideo dicit, quia cives ditiores & magnificentiores grandibus utebantur patinis, ut e Sat. 2. Persii paret:

— sed gran des patina tucetaq; crassa

Annuere his superos, vetuere, Jovemq; morantur.  
de quarum luxu Plin. l. 10. c. 51. Suet. in Vitell. c. 13. de

ill'afamissima patina, quam ab Ida molitur vocabat: id est, clypeum urbem tuentis. Degrandibus patinis sunt notæ Sat. 2. l. ad v.

**Occupat humanam?grandes rhombi patinaq;.**

Hic autem modica patella intelligitur, in qua tenues ac viles epulae apponebantur tam Diis patellatis, id est, Latibus, ac Penatibus, quam infirmis hominibus: sunt enim utrumque higradus Ciceroni Philipp. 13. *Omnes te Di, homines, summi, medi, infirmi, &c. & Plaut. in Cistel. Dei me omnes magni, minuti que, & patellarii.*

**Manebote.] Exspectabo te.** Ter. in Phor. Act. 3. sc. 1. *Mansurus patruum pater est, dum hic adveniat.* ita Graci sumunt τούσεν, pro exspectare. Homerus Iliad. 7.

Δωτία δ' εἰς Ηλιον περιθεσθε σόματον ήμενον.

**Occidentem usque ad Solem te domi nostra exspectabo.**

**Vina diffusa.** Italoquitur Cic. 3. de Fin. *Quatuor vi-* num diffusum è pleno sit anophoro pro quo Varro dicit: Ubi dies triginta præterierint, transfundito, pro quo barbare transvasare dicitur, quum vinum initio vel elacu, vel cuppis, vel postea e dolis in testas & cados, & amphoras, in aliavæ dolia transfunditur ad ætatem diutiniorem, & usum probatiorem.

**Iterum Tauri.] Concisa est admodum oratio, ubi ellipsis est sic exemplenda: Tubibes vina jam ex eodem tempore diffusa, quum T. Statilius Taurus Consulatum geret secundum: quem Glareanus dicit in catalogo Consulum minimè reperi, & suspicatur eum in alterius locum sibi regnum; quem Lambinus memorat L. Caninium Gallum fuisse, quise moverat Consulatum, cuius collega fuerat Mar. Vipsanius Agrippa. Quantum autem interfuerit inter hunc alterum Magistratum & primum, sic Lambinus describit: T. Statilius 40 Taurus Caesaris Augusti collega primum fuerat Consul anno ab Urbe condita 717. iterum Consul ab Urbe condita 728. Deinde subjicit hæc vina non admodum esse vetera, nempe superioribus annis proximis diffusa. Hoc certè nihil necesse erat addere, si verus fuit uterque numerus 717. & 728. quorum distantia est undenarius nomine annorum superiorum significatus obsecutus.**

**Inter Minturnas.**] Strab. l. 5. collocat Minturnas inter Formios & Sinuissam, utrinque ad stadia 80. Sinuissam autem notat a Setano sinu nominatam, ut jam dictum est Satyr. 5. l. 1. & Minturnas palustres appellat, quia, ut ibi scribitur, ingens palus in ea regione Taracinae objecta est: quam duo amnes efficiunt, e quibus maiorem Aufidum appellant, & fortassis alterum Lirim, vel Erim: unde non est mirum, si vinum Minturnum & Sinuissanum sit vitium imbecillatum. Bacchus enim amat colles.

**Petrinum.**] De Petriño nihil dum comperi, nisi quod quidam putant vinum esse Minturnensis regionis, ex eo tamen comperi Petrinum esse nomen villa a vico Petriño, qui fuit in Sinuissano, cuius meminit Cicerio Epist. 10. ad familiarem Leptam: *Ne eare Petrinum tuum deferam: nam & villa & amictus illa commoratio- nis est, non adversaria.*

**Arcisse.]**

*Arceſſe.] Gall. Envoy querir du meilleur vin, & autres choses, ſi tu en as: vel ſi melior caena tibi eſt domi para-  
rata, libenter ero tuus conviva: vel mihi convivatori pare, ſi non eſt. Imperium autem ferre eſt voluntati alterius ſubſici & obſe qui.*

*Splendor focus &c.] Ihoc Græcè dicitur: ηγετις εν αυγησ  
χριστινου. ratio autem foci reddita eſt tam Græcè,  
quam Latinè Ode. 9. lib. 1 & Epop. 2.*

*Mitte leves flos. ] Quod Græci dicunt, κατάλυε ή ὑπό-  
τροφίας ἐλάσσας νέκου, diſſolve vel praecide leves flos: id  
eſt, leviter & inconsideratè conceptas, & levæ gaudi-  
um præſerentes De Cæcubo tamen hoc Geographus  
ſcribit: Licet Cæcubum paludibus adjaceat, vineta ta-  
men feracissima vini p̄cipuis enutrit arboribus.*

*Et moschi. ] Moſchus fuſt unus e clientibus Torquati,  
cujus cauſam defendere parabat patronus ex ipſius  
officio.*

*Nato Caſare. ] Suetonius natalem Auguſti collocat 9.  
Cal. Octobris: ſed Dio, ut Horatius in Julio, quum no-  
tes ſunt breves: id eſt hic dicitur,*

*Aſſtivam ſermonem benigno tendere noſtem.*

*Tendere noſtem. ] Nox aſſtiva brevi eſt, quam per na-  
talem Cæſaris Auguſti licet nobis multo ſermone ex-  
tendere & facere longiorem, vel, ut Cicero loquitur in  
Som. Scip. Licet ſermonem in multam noſtem produce-  
re, quum multa nos negotia vel ſcriptere, vel administra-  
re, vel conſigere cras oportebit.*

*Benigno. ] Id eſt, prolixo, & longius prodiſto.*

*Quo mib. ] Hoc Græci dicunt, ιερὸν εἶχεν ἐπιθυμή-  
σα τὰ πάτερα, ή τὸ ματέρι εἴπι μοι ἔξιν τὸν τερπτὸν ἀγαλλὸν  
ἀπορεῖν. Ellipsis eſt verbi alicuius: Quorsum mihi di-  
vittas optabo, queram, ac affruabo conditas, ſinon an-  
deo utrācunq; Alij contendunt poſſe legi, Latinèque  
dici, ac diſtingui,*

*Quo mib. fortuna, ſi non conceditur uti?*

*ſed ita opus etiam erit eodem ſupplemento ellipſeos,  
quò, pro, ad quem ſinēm & vſum, quorū quāram  
& comparem eam fortūnam?*

*Parcus ob herediſ. ] Sic hunc eundem Torquatum,  
vt puto, hottatur Ode 7. lib. 4.*

*Cuncta manus auidas fugient herediſ amico,*

*Que dederis animo.*

*Vox autem parcus Agellio lib. 3. cap. 19, neque ab arca,  
neque ab arendo, ſed ab eo, quod eſt paūm & parvum*

*Severus. ] Pro quo Cic. lib. 3. do Offic dicit acer-  
bè severus in filium, ad cuius normam explendum  
hic videtur, avarus eſt nimium severus: in ſe p̄fum ob he-  
redis curam.*

*Aſſidet inſano. ] Aſſidere inſano, eſt proximè ad  
inſanum accedere mentis imbecillitate, quum quis ſe  
nec relaciāt, nec curet, ut ſuis heredibus ampliſſi-  
mas opes relinquit. Hoc Græci exprimunt per ηγετι-  
νην την, ut Strabo de Elephante, quum narrat, αὐτὸν  
ἔγραψαν τοι μὲν ζω, εἰναι aſſidere animali ratione præ-  
to: id eſt, ſerè ſimilem eſſe. Sed ad interrogationem,  
Quo mib. fortunas? respondet ipſemet Poeta Od. 2.  
lib. 2.*

*Nullus argento color eſt avaris,*

*Abditæ terris inimice lamæ*

*Crispe ſallusti, niſi temperato*

*Splendeat vſi.*

*Acerrimum autem quārendi ſtudium & perpetuum,  
infinitōſque divitiarum acervos avari hac Theognidis  
ſententiā tuentur:*

*Φειδεδου μὲν ἀμενων, ἔπει θαύματ' ἀπολαύεις*

*Οὐδεὶς αὐτῷ εὔχεται, καὶ μᾶλα λειπομένα.*

*Parcere quidem eſt melius, quam nemo mortuum  
lugeat,*

*Niſi videat divitias relictas.*

*Leviſſima ſanè & vaniſſima tot laborum remuneratio  
eſt luctus, vel ex animo & verè permotus, quum ut  
plurimum fictus & simulatus ſit. Sed qui ſunt tam  
ſtulte providi posteritatis, audiant Davidem Psalm. 31.  
Adeò imaginarium viam ducit homo: adeò temere tu-  
multuatur congerens, que quis ſit perceptus ignorat.  
Audiant quoque Eccleſiaſtē cap. 2. Idem ego odi, & o-  
mnis, que ſub Sole elaborevi, que ſum ſuccelfori meo reli-  
ctus. Quis autem ſuit, ſapiensne ſit, an ſtultus futurus,  
qui dominus futuras eſt omnium, que tanto labore ac fa-  
pentia ſub Sole comparavi? Et certè hæc Salomonis  
ſententia ſuit, p̄dictio & p̄ſenſio quædam ſtulti Ro-  
boami, a quo propter ſummam iſiſius imprudentiam  
decem Tribus Iſrael defecerunt, & florentiſſimum pa-  
triſ regnum diſſipatum eſt.*

*Incipiam. ] Intolerabilis eſt hæc hominum persuasio  
qui putent neminem fore ſatis ſcitur vel convivato-  
rem, vel convivam, niſi poculis ſe ingurgitet & vino  
madeat totus, οὐρανοχρό, vino coruptus. vnde illos  
deducit ſententia Theognidis:*

*Ἄργοις αὐτὸς ὅμος καὶ σωφροῖς αἱ θεοὶ, δὲ τοῦ δι-*

*Πίνεις τοὺς τούτους καὶ ποτεῖνειν νόον.*

*Ἐν τούτοις χρύσον τεκμὴ ἀργυροῖς ἴδεες αὐτὸς]*

*Τριγωνοῖς, αὐτὸς δὲ οὐ θεοῖς ἔστειν νόον.*

*Καὶ παλὰ τοὺς τοντούς τὸν τούτον πέτρον ἔργον τοῖναι,*

*“Ως τε πετροχώματα τοὺς τοὺς τοντούς τοῖναι.*

*Tam diſpiciens, quam ſapiens, vinum, quum  
immoderatè bibitur.*

*Leuem & ventosam reddit mentem.*

*Igne aurum & argenteum homines periti explo-  
rant:*

*Sed vinum arguit mentem hominis.*

*Et maximè ſapientis: quod ſupra modum cepit  
haſtu,*

*Ut notam infamie inurat ei, qui priuſ ſapiens  
erat*

*De hac ebrietate etum eſt Ode 12. lib. 1. Hæ prof. & d  
ſententiae eſ sapiente Hebræorum Salomone omnis ſa-  
40 pientia fonte manarunt e 20. 2. 31. Capitibus Pro-  
verb. ac p̄cipiuſ 23. cap. iliaſ q̄ ſedam malorum, que  
dat ebrietas, colligitur, quum ita quer tor. cui va. cui  
dolor? cui rixa? cui querimonia? cui vulnera impunè,  
cui oculorum rubor? Deinde ſubjicitur: Vini ſecta-  
toribus, & compotationes timatum euntibus. Didi-  
cerat ille ſapiens, quantum malorum dedit at ebrietas  
Noachi & Lothi posteris iſorum Cham tidis, & Am-  
monitis, & Moabitis. Hæc ideo profero, vt adoleſcen-  
tia mature discat ſobrie & temperanter vivere & ebri-  
etatem fagere, & quibus vinum, & quo ſum dan-  
dum ſit, detur, inquit, idem ſapiens, periclitanti te-  
metum, & vinum mærenti animo, vt potus egeſta-  
tem ſuam obliviſcatur, ſuimque labore non re-  
cordetur: cui ſimile eſt Socratis illud apud Xenoph. in  
ſympos. οὐρανοὺς μὲν λύτρας, οὐτερε παιδειαὶ, οὐδεπονη-  
μίαι. τούτε φιλοφοſινως, οὐτερε ἔλασιν φλογῆς, εἰπει, id eſt,  
vinum dolores, ut Mandragora hominem, ſopit: leti-  
tias vero, ut oleum flammam, excitat. Hinc Poeta.  
lib. 7. lib. 2. vinum obliviosum appellat, quod mala  
obruat oblivione. Item Ode. 11. lib. 2. Diſpat Enijs  
curas edaces Item Ode 21. lib. 3. tales effectu tribuuntur  
amphora: Tu ſapientum curia. &c. Itaq; teneat hoc  
adoleſcens Theognidis:*

*Οἶνος τοιβαὶνος πούλιος καὶ κός, τοῦ δὲ πιστοῖς*

*Πίνηται παιδειαὶ, οὐ κακός, ἀλλ' ἀγαθός.*

*Vinum largè bibitum nocet: ſed ſi quid illud bibat mode-  
rate non nocet, ſed prodeſt.*

*Patiārg.*] Hujus Hellenismi meminimus Od. 2. lib. 1. ad verba: *patiens vocare Cæsaris ultor*, hinc pro, patiar me inconsultum vocari.

*Quid non?*] Hoc Budæus ita Græcum fecit: *τι μεν οὐ πίστης λόγος*. Esta autem Donato *τὸ designare* utramque in partem & bonam & malam aliquid novi facere, quod altero etiam verbo sic coniuncto Græci efferunt: *πού οὐδεος γένεσις*: *quid εβριας νοις non edit?* Hic antipophora universalis subjectio intelligenda est, nihil non designat, quamquam aliquot facinora subjiciantur: affectus est admirantis & significanti, & quam simplex pronunciatio, nihil non designat. *Επειτὴ τὰ ἀπότα. dicit secretas*, quod animo concepit, sperat certum ac indubitatum fore. Hoc superiori opponitur, *leves spes*. Maxima quæque pericula intrepidè subit, vel inertis: in summa rerum tenuitate profusa est. Arist. probl. 102. hanc vim talia efficiendi gradatim vino tribuit: *Vnum enim paullò largius potum loquactores facit: sed multo copiosius eloquentiores & audacieores: progressu tandem potandi dat precipites ad quidvis audndum.*

*Imperior.*] Hic versus citatur a Servio, lib. 10. ut notatum fuit Epop. 10. ut probaret *τὸ ιubeor* esse invitatum, sed illic hanc primam person. protulit hunc Cicetone, & nunc possumus secundam ex Epist. 11.

*Abjecto potius, quam quō proferre juberis, atque tertiam ex 7. Manē cliens, etiam certus conviva, iubetur.*

*Toral.*] Est stragulum lecti discubitorija toro in clinatum, ut mappa, quasi manupa, quod e manu pendeat inquit Isidorus. Servius autem 5. Aeneid. sic hotat vocem *torus*, verbum est de verbo: nam ab herbis tortis dictus est torus. Usuipavit præterea *toral* in plurali Sat. 4. lib. 2.

*Et ἡγριας dare circum illota toralia vestē.*

Dicitur præterea *toral* per apocopen protorale, ait Serv. Aen. 7. mantilia dici a manib. ante lotis.

*Corruget.*] Fab. Quint. vtitur hoc verbo lib. 11. cap. de pronunciat. usus auctoritate nostri Poetae, fortassis quia verbum ipsi aliquantū insolentius videratur: *nam & corrugare nares & inflare & movere indecorum est oratori*. significat igitur, ne tætrum aliquem spirer odorem immunditia indéque *αι πίνεται αναγκής αντομοστοι* cogantur nares & rugas contrahi, aut lenitas fastidium stomacho, aut nauseam moveri contrâ: ut pocula & lances splendescant speculi more. Hic gestus corrugantis nares vel crispantis nasi est index & fastidij & ludibrii: prioris est hic exemplum, posterioris Sat. 3. Persij.

*Ingeminat tremulos naso crispanente cachmos.*

*Eliminet.*] Verbum est conjunctione, q. extra limen exportet, utque sodalitas e paribus componatur. Hoc autem est e prisco Spartanorum instituto sumum: *σιù τέτωνες λόγος εἰς ταπεινότερε. per has fores non exirent foras intus dicta*. Idem Paullò aliter à Plutar-

cho efficitur primo statim *συμποσ.* probl. *τινῆς ἐξεργετῆς λόγος* hanc non egreditur sermo. Hoc etiam propius literæ diceretur, undeis av. τα εὐτοποθέτα ἐνθάδεν βαλλ. mirum certè, quod in tanta Græci sermonis ubertate nondum compertum sit verbum huic Latino respondens. Hæc autem sententia præcipue a maximo convivaram nati pronunciabatur, vt est videre in vita Lycurgi apud Plut. sub medium.

*Ut iocat.*] Videtur hic ellipsis discretivæ supplenda, ut autem coeat, id est, sed vt vna par pari accumbat: que prudentia est symposiarchi, ut in epulari accusatione statuat vicinos inter se pares ac lubenter comedere simul volentes.

*Brutum.*] Aldus Man. legit Brutam, quæ videtur amica fuisse Septumii vel Septitij.

*Assumam.*] Ad convivium adjungam hos duos & Sabinum, nisi prūs condixerit cænam puellæ potiori. Quidam construūt *τὸ πριον* cum puella & interpretantur *melior*, quum nihil sit necesse, idem præsternit significante *τὸ ποτον*: sed præstat *πριονα* coniungere, ac intelligere de ea prius condicta vel lautiū instruta. Non equidem, ait Poeta, impedio, quin plures umbras tecum adducas: sed cavendum, ne multitudine convivarum excitat illum gravolentem caprum & hircum. Callidè plures umbras aversatur, de quib. copiose fuit Sat. 8. lib. 2. annotatum, vnde licet repetere, quæ possunt intelligentiam hujus loci juvare,

*Quotus est.*] Quod tibi sodales vis tecum discubere ad instituendum commodū apparatus. Huc adscribere libet ex apoph. Plut. scitè facetèque dictum a Philip. Maced. qui inter viam a veteri quodam hospite invitatius ad cænam permultos sibi occurrentes edescum rex adduxit: quam quidem convivarum multitudinem ægrè ferebat hospes: quia non satis epulorum apparaseret: quod vbi perspexit Philippus, jussit in aurem singularium umbrarum dici, ut locum relinquerent in stomacho placentis, & ita persuasi parcūsque edentes exspectarunt frustrè placentas, sic provisum fuit ciborum paucitati,

*Fallere clientem.*] Ita sumitur eleganter *τὸ fallere*, pro celare & latere, vt alibi notavimus *τὸ fallere* a Græcis fluxisse *φυλαῖς οὐ σφέλεν*, fraudare & decipere, & posticum etiam dici *παρελθεῖν καὶ παρελθεῖν* & per posticum exire, *ἐξελθεῖν κατέβαντα τὸ οἴκος*, velut Polyb. loquitur, *σιάννος παντρέας ἐξελθὼν ἐντυθοῖς ἔπεις* per aliquod posticum egressus huc venit. Hunc locum prefert Servius in ver. Aeneid. 2. *limen erat, cæcæque &c. per posticum*, ait, ingressus est. Nam fores anteriores obseßæ erant. Est autem posticum neutrius generis, quod confirmat hoc loco: *atria servantem, &c. & Grammaticæ præcepto: nam antica & postica in feminino genere augurale est* id est, significat partes regionum quæ observantur ab auguribus.

### Explicatio Rhetorica.

**Q**uoddam genus est *τῆς νομονομίας*. Deliberat enim cum Torquato de cænula certis conditionibus ac legibus condicenda: in quibus primum lecti Archai ponuntur, qui ita dicuntur per metaphoram a rudi & minus-polito veterum artificio.

**b** Synecdoche est generis pro triclinaribus. Erant enim alij cubiculares, quos vocant toros Latinis a funib. retortis dictos. Torus autem propriè est funis quilibet a toro: quæ nominis ratio non multum abliuit

a superiori notatione Servij: vbi hoc dictum oportuit. præter hunc tropum posset etiam metonymia adjuncti notari, ut nomine lecti intelligentur culcitrae & stragula, quibus spondæ & fulcra insternantur.

**c** Synecdoche quedam est periphrastica solaris occasus, quod diurnum Solis curriculum certis quibusdam gradibus conficiatur, vt primus sit in ortu, ultimus in occasu. Sic initio 1. Epist. prima & summa sumuntur. Neque vero hanc summitem referri oportet, vt ita loquar, ad illud punctum, quum Sol impendet nostro vertici

vertici ad perpendiculum, medium inter ortum & occasum.

d Jam saepius notata est haec ratio metonymiae, ut Od. 1.1.2. Motum ex Metello Consule, ut eriam Epo. 13. Tu vina Torquato move Consule pressameo, ubi e Consule significatur tempus vini reconditi vel diffusi.

e Metaphora est a duris prelijs ad acerimum studium luminareque contentionem animorum in opibus non sine periculo saepius querendis notandam, est præterea sententiae figura, procatalepsis in occupanda Torquati objectione, qui dicere potuissest, non possum tibi, o Flacce, coenam condicere, quia oportet me ad causam Moschi cras agendum comparare. respondet Horatius Craftinus dies est nefastus propter natalitia Cæsaris. Itaq; potes, illa causa in alium diem rejecta

f Synecdoche est generis pro natali Cæsaris Augusti ac præterea metaphora, quia rei inanimæ datur sensus & motus, pro quo propriè dicendum est: illo die licet & fas est dormire in multum diei.

g Hoc est sumptum a sessionibus ordinum, vbi quialteri assidet, videtur ferè illi dignitate æquari. Non est mihi satis exploratum, an Græca παράστασις, παράστασις, αστέρας, αστέρας, αστέρας sic translatæ reperiuntur. Non esset alienum sumere etiam a perpetuo gracculorum comitatu: αἱ νοῶσις τὸ γενοντοῦ ἵξει. semper graculus assidet graculo, quod Aristot. l.8. Ethic. de amicitia usurpavit ex aliquo Poeta, ubi est τὸν loco τὸν Doricē.

h Meronymia est adjuncta pro, quid ebrius non designat? qui non est omnino made factus vino, planèque obrutus, sed potest occurritia in itinere pericula declinatione corporis devitare. pro hoc tropo interpres hujus, aliorumque scriptorum notare solent abstractum esse pro concreto id est, ebrietas pro hominibus ebrijs ponitur, & figuram faciunt, quā sit oratio grandior, quum res accipiuntut pro personis: sed errant in distinctione tropicæ figuræ, & in tribuenda Grammaticæ facultate grandiorem efficiendi orationem: quam efficiunt hæc tria partim materia dignitas, de-

qua statuimus agere, partim ornamenta eloquutionis, partim argumentorum pondera, quib' res enūtiātur.

i Hoc quoque est translatum a choragis ludorum, & designatoribus funebrium pomparum, qui populo semper student nova spectacula exhibere, quemadmodum sumitur in Adelphis Act. 1. Sc. 12. vbi Demea queritur de depravatione Aeschini filii sui: Nam, inquit, quæ antehac facta sunt, omitto, modò quid designavit. pro, quantum facinus novum admisit: O qu' il factus une grande meschamete tout de nouveau & freschement.

k Metonymia subjecti, pro largiori copia vini hausti & plenis poculis & pluribus. Hic præter quam quod in te, tibi πολλὰ cernitur, πετούμενοι etiam observanda est in te subjecti pro adjuncta effigie corporis objecta: unde rursus appetet synecdoche integræ pro membro visorio in tibi.

l Simili metaphora vñus est Sat. 8. lib. 2. Quos Macenas adduxerat, umbras, ut ibi notatum est.

m Metonymia est subjecti, pro, convivæ nimis angustæ & arctæ discubentes exprimunt ex hirsutis alis gravem hircum. Quare laxissima debet esse epulatis accubatio, ne tam tater odor sentiatur. Hic quum sint verba transumpta, cur non dicet aliquis, statuis ibidem πετάλη, moneo percontatorem pro responsō, vt notatas revisat in Oden 6. lib. 1. ac principiū in Rhetor.

ad vocem Stomachum: recta enim propria horum

verborum analysis sic erit. sed convivæ nimis arctæ

discubentes exprimit foetidum odorem. Gallicè

Ils sentent le bouquin & rendront mauvais odeur.

Ex his sanè perspicimus hanc Horatii sodalitatem non e nobilioribus ac diutoribus constitutam: qui solebant ante cænam privatis balneis se lavare, ac inde loti accumbere: vnde non fuit pertimescenda illa τὸν παράστασις: sed ex artificibus & tenuioribus, qui veniebant illoti ad cænam soleisque & locis distractis discubebant, ut facilitate solitum legimus in Plaut. & Terent. vnde Nasidienus Sat. 8. surgens ex accubatione epulari, dicitur poposcisse soleas sub finem lib. 2.

## EPISTOLA VI. AD NUMICIVM.

### Theticum.

Quod ei vacandum sit omni perturbatione, qui volet vivere beatè.

N Il admirari propè res est una, Numici, Solāg, quæ possit facere & servare beatum. Hunc a Solem & stellas, & decadentia certis

Tempora momentis, sunt, qui somidine nullā  
b Imbuti spectent. Quid censes munera terræ?  
Quid maris extremos Arabas dirantis & Indos,  
Ludrica quid: plausus, & amici dona Quiritis?  
Quod spectanda modo, quo sensu credis & ore?  
c Qui timet his adversa, ferè miratur eodem,  
Quo cupiens, pacto: pavore est utrique molestus:  
Improvisa simul species exterret utrumque.  
d Gaudeat, an doleat, & cupiat, metuatne: quid adగ rem.

Si, quicquid vidit melius pejusve suāspē,  
Defixis oculis animog, & corpore h torpet?  
e Insani sapiens nomen ferat & equus imqui,  
Ultrā quam satis est, virtutem si petat ipsam,  
f In nunc, argentū & marmor vetus, erāg, & artes &  
Suspice cum gemmis, k Tyrios mirare colores.  
Gaudet, quod spectant oculi te mille loquentem,

45 Gnavus manè forum, & vespertinus pete tectum:  
Ne plus frumenti dot alibus emet at agris,  
Mucius: indignum, quod sit pejoribus ortus.  
Hic tibi sit potius, quam tu miserabilis illi

7 Quicquid sub terra est, in apricum proferet & tas:

Defodiet, condētque nitentia: quum bene-notum

m Porticus Agrippa, & viate confexerit Appi,

Ire tamen restat, Numa quod devenit & Ancus.

8 Si latus aut renes morbo tentantur acuto,

Quare fugam morbi: n Vis rectè vivere? quis non

Si virtus hoc una potest dare, fortis omisſis

o Hoc age deliciis. Virtutum verba p putas, ut

Lucum ligna: q a c a v e n e portus occupet alter,

Ne Cybiratica, ne Bithina negotia perdas.

r Mille talenta rotundentur, totidem altera: porrè

Tertia succedant, & que pars quadret acervum.

Scilicet uxorem cum dote fidemque, & amicos

Et genus & formam regina pecunia donat:

Ac bene nummatum decorat. Suadela Venusque

10 Mancipiis locuples eget aris u Cappadocirex.

Nefueria